Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31655
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift



mutabilia cuncta transcendens. ipsa iam tranquillitate quietis suae in mundo extra mundum est. Excedit profecto ima omnia intentione summoque et cunctis rebus, quae non appetit libertate quadam supra esse se sentit. Nec tempestatem rerum temporalium intuens sustinet quin intuetur forinsecus. quia terrena omnia quae concupita opprimere mentem potuerant despecta subtiacent. Unde bene habacuc dicit. Statuar super speculam. ut dum quisque speculatur summa. supra emineat finis. Hunc etiam habacuc dicit. Super custodiam meam stabo. Stat quippe super custodiam suam. qui prolectam disciplinae de terrenis desideriis non succumbit. sed supereminet. ut dum superstantem appetit aeternitatem. infra sit ei omne quod transit. Tam quia sessuri quintalibet virtute profecerit. eum adhuc in hac vita positum adhuc in transeuntis carnis infirmitas premit. Unde scriptum est. Quamquam in imagine ambulet homo. tamen vane conturbatur. Plerumque agitur ut et turbet exterius. et impetuosus duret interius. et quod vane conturbari potest de infirmitate carnis sit. quis quod in imagine dei ambulat de virtute mentis. quatenus et robore tuetur interius divino adiutorio. et tamen adhuc foras sarcina premitur humana. Unde bene abacuc iterum una sententia protulit. ad utraque seruiente. dicit enim. Et intrauit timor in ossa mea. et subtus me turbata est virtus. ac si diceret. Non mea est virtus in qua supius raptus impetuosus maneo. Et mea virtus est in qua inferius turbor. Ipse quoque super se impetuosus. ipse sub se turbabilis. quia super se ascenderat in quantum rapiebatur ad summa. et sub semetipso erat in quantum adhuc reliquas trahebat in infima. Ipse super se impetuosus. quia in dei iam contemplatione tenuerat. ipse sub se perturbabilis. quia sub semetipso adhuc infirmo homore manebat. Huic sententiae dauid propheta consentiens ait. Ego dixi in excessu mentis meae. omnis homo mendax. Cui responderi potest. si omnis homo mendax. et tu. et falsa iam erit sententia quam mendax ipse protulisti. Si autem ipse non mendax. vera iam sententia non erit. quia dum tu verax es. non omnis homo cognoscitur mendax. Sed notandum quod premittit. ego dixi in excessu mentis meae. Excessum quoque mentis etiam semetipsum transit. cum de hominis qualitate diffinit. ac si patenter dicat. De falsitate omnium hominum inde veram sententiam protuli. unde ego ipse super hominem fui. Intantum ut ipse mendax in quantum homo. intantum autem omnino non mendax in quantum in excessu mentis super hominem. Sic itaque sic